le in bonis cure ecclesiasticis provenientibus ex
beneficio nam de his que beneficiatus sibi sub
trahit parce utendo ad congruam sustentationem po
test valide et licite disponere sicut de bonis quasi
patrimonialibus idem ergo a simili dicendum est
in nostro casu de scolastico defente in universi
tate supposito quod pater tasabit absolute summam
quam illi tradidit consumendam = dicit semper si
absolute tasaverit nam si tasabit solum conditiona
liter vel cum restrictione non fiet dominus etiam eo
rum que per patrimonium reservat sed computanda erunt
ut bona patris

Bona profectitia vel peculium profectitium filii
sunt ea bona que ipsi obediunt vel donantur vel causa vel intuitu
parentum vel in eorum gratia sive hoc fiat per donationem
sive vel testamentum = Bona adventitia sunt om
nia alia que filius sibi adquirit et non sunt castren
sia aut quasi castrensia neque profectitia his po
sitis dico primo peculii profectitii filius familias non
habet dominium directum neque plenum peculiaru
tem adventitii habet dominium et usum fructum et

est communis et recepta Sc.ª apud omnes ac proinde in
illa prouanda non est immorandum videatur Lessius 3a
pracitato = ex his conclusionibus facile est deducere
quid et qualiter filius familias possit alienare
et de hoc sperantis ad eum infra

Dubium 3.m vm. servus habeat dominium
aliquarum rerum breuiter dicendum est ex rigore iuris
loquendo servus nullarum rerum habere dominium
perfectum et irrevocabile est communis Sc.ª et proua
tur ex iuribus in quibus deciditur quod servi quidquid ad
quirant adquirunt dominis instituta per quas perso
nas et lege id vestimentum 21. dicestis de peculio et in
iure canonico innocentius 4.us cap.e cum olim et 2.o de
priuilegiis dicit servum et monachum in eo esse pares quod
neuter alicuius rei dominium habeat.

Dicendus tamen est 2.o Servos posse habere
dominium imperfectum aliquarum rerum prouatur
aperte ex iure ciuili lege vix 53. dicestis de iudiciis
ubi dicitur quod servi possunt se ipsis redimere ergo
supponitur eos habere dominium aliquarum rerum
ex quarum pretio possit esse talis redemptio de inde
nam prouatur quia iure nature servi non com
mino incapaces totius domini neque actenus per ius
aliquod est introducta talis incapacitas est enim eru
dum nimis et inhumanum hominem contra suam
voluntatem esse taliter deuictum et mancipatum al
teri = Rogabis que sunt ea bona quorum ser
ui possunt habere dominium. Res.r in primis
est illa que donantur servo l. legantur ea con
dicione ut dominus non adquirat dominium
sed ipse servus. 2.o ea que servus adquirit ne
gotiando ex ipsis bonis propriis

3.º eaque aliquando servo dantur in compensatione
iniuriae sibi illatae ad solatium
4.º ea bona quae aliquando servus potest sibi adquirere
reperiendo industriam post operas debitas et prae-
stitas in obsequium domini et multo ma-
gis quidquid adquirit sibi domino liberali
ter sibi concedendo.

Ex his patet non omnimodam simi-
litudinem inter monacum et servum quan-
tum ad adquisitionem dominii nam mo-
nacus et quibus religione professus quidquid
adquirit qua vis occasione et modo aquirat cedit
in dominium monasterii et conventus quod
totum procurat ex voto paupertatis et abdi-
catione cuiusvis proprietatis in particulari

Dubium quartum utrum cle-
rici adquirant dominium
bonorum ecclesiasticorum

Loquemur in presenti dubio de clericis non religio-
sis quia de clericis religiosis etiam episcopis assumptis ex
religione infra specialiter erit sermo = quod autem
ad presens dubium spectat licet Gallax 3.ª 3.ae qu.
23 art.º 2.º existimet parum interesse in ordine ad
mores clericos esse et non esse dominos bonorum
etiam ex beneficio detentorum quia tam copiosas tenen-
tur facere elemosinas ut debeant erogare in paupe-
res quidquid illis superos post congruam sustenta-
tionem sibi assumptam nihil omnino ut bene vidit pun-
t hurtado 2.ª 2.ae disp.e cento y sesenta sectione 5.ª hec
questio gratis est momenti in hordine ad mores 1.º
ut clerici sciant quot peccata committant in elemo-
sina praeter mitenda an scilicet solam ~~mise~~
inmise

in misericordiam ac etiam in iustitiam. secundo quia si non sunt domini tantum bonorum et fructuum tenebunt. elemosinas pretermissas restituere. l. de bonis patrimonialibus si forte habeant. l. de quasi patrimonialibus. l. de traendo aliquid de congrua neque poterunt absque iniustitia aliter disponere.

Dicitur ad questionem audendo ut certa ab incertis separemus notandum est ecclesiasticos posse habere bona tripliciis generis pri.° patrimonialia id est que si vi obeniunt ratione hereditarie et inter hec computanda etiam sunt ea bona que donatione aut sua industria eadem ratione hac possent si essent laici adquisiverunt

Secundi generis sunt bona quasi patrimonialia hec autem sunt que clerici aquirunt ut clerici non tamen ex ulo beneficio tanquam fructus illius v.g.a contionando exercendo munus vicariatus temporalis item assistendo animersaris deferendis mortuis. et etiam in eorum ratione canonicatus. l. prevende lucrando distributiones cotidianas hec enim non computantur inter fructus beneficii sed dantur ut merces et stipendium laboris personalis ut late alios referendo assumam tanquam certum gratia de beneficiis et bonacina infra citandi ex quo fiet quod in ecclesie ubi toti probentus canonicatus consistunt in distributionibus quotidianis talium canonicatum bona pertinent ad hoc secundum genus ad quod etiam pertinent ea que interdum per modum pensionis assignantur precise ad clerici sustentationem

Tertii generis sunt ea bona que apelantur mere ecclesiastica et sunt que clerici percipiunt ex redictibus suorum beneficiorum hereditorum ex decimis aut aliis bonis ecclesie qui reditus communiter apelant. grosa hispane laguosa del beneficio o canonizia

De bonis primi generis constans est et certa sententia cle
ricos esse vere dominos eorum et tam libere posse de illis
disponere ac omnino laici testus expressus cap.e quia
nos de testamentis quod est alexandri 4.o et ratione
naturali id ipsum convincit quia hec bona non proveni
unt ipsis ex aliquo titulo pertinenti ad ecclesiam.

De bonis secundi generis id est quasi patrimo
nialibus licet res tam certa non sit ac precedens est ta
men vera sent.a et in praxi securissima clericos esse ve
re dominos horum bonorum secundi generis sic docet
mal de lus 2.a 2.e tracta.us de dominio cap.e 1.o dubio 3.o
Lestus cap.e 4.o dubio 6.o filiuticus trat.e 41.o cap.e 6.o et
filius Coniuc 2.a 2.e disp.e 27 bonacina disp.e 4.o ex baris pun
to 1.o et 2.o puente hurtado 2.a 2.e disp.e ciento y sesenta et mul
ti alii autores apud ipsos hoc ipsum concedit nabarus pro
bat que iuribus et ratione allegatis etiam autoribus de reliquibus
ecclesiasticis monito decimo nuebe cum tamen hic autor sit in hac materia
satis argutus et escrupulosus. = probatur autem hoc quod asserimus
quia iuxta clericis huiusmodi bona tribuunt concedunt ea l. om
nino liberaliter l. tanquam mercedem laboris et stipendium ser
vitii personalis in congruam sustentationem et hoc sine ullo hone
re spreto aut tarito unde sicut operario liberum est mercedem
sui laboris insumere in quos voluerit usus ita liberum erit
beneficiario de huiusmodi bonis disponere.

Tertio idem dico de bonis que sibi subtrahat beneficia
tus ex debita sustentatione que ad ipsum spectat ex fructibus be
nefici. talis erit quantitas sibi per patrimonium reservata con
putanda est inter bona quasi patrimonialia quia ta
lis quantitas sic reservata potius habet rationem fructus
industrie quam reditus beneficii.

Pro declar.e huius notandum est decentem clerici susten
tationem non consistere in indivisibile sed habere quam

das latitudines morales ut etiam de secularib. dicetur in
mat.ª de lemositia sicut enim in rebendicuile triplex pre
tium constituitur infimum medicus et supremum quorum
quod liuet est iustum eadem proportione ratiocinandum
est in constituenda fructus beneficii parte in constitu
enda parte pro congrua beneficiari sustentat.ª quare si quin
genti numi auri sint precise necessari ut infima quan
titas ad sustentationem quingentos et quinquaginta dicemus
esse congruas medias sustentationes et sexcentos esse su
premas plus minusve in omnibus ut docte aduertit cum
aliis conim. et bonacina supracitati.

Asserimus in hoc 3.º supposito beneficiarium seu cano
nicum fieri debere dominus illius quantitatis que sui supers
ratione pasimonie de quan.ª congrue sustentationis etiam
secundum supremas latitudines taxata = unde consequen
ter poterit de hac quan.ª disponere etiam in usus non pio s.l.
conferre in amicos t. consanguineos aut etiam instituere maiora
sus hec est tam hoc tempore comuni sent.ª apud recentiores bide
antur precipue ferdinandus de castro de Carita.ª disp.ª 2.ª pun
to quinto Puente hurtado et bonacina supracitati quia tales
referunt et distinte hanc res docent et prouant.

Sed obicies contra hoc Sanctum Tomas 2.ª 2.ª qu.ª cien
to y hochenta y cinco arti.º septimo ad secundum ubi con
trarius videtur docere ait enim in hec verba sit deco
quod usui episcopi q. alicuius Clerici et deputatus velit
aliquis sibi subtraere et consanguineis t. aliis dare non
peccat dummodo illud faciat moderate idest ut non
indigeant non autem ut dictiores fiant.

Respondetur cum maldero lesio et conic. sa
pracitatis predictas restrictiones dummodo apositas
esse a sancto Toma non quia beneficiarius non fuerit fac
tus vere dominus talis residui congrue sustentatio
nis sed quia fere semper committitur peccatum aliquod

saltem lebe in tali residuo reseruando quia communiter
tot actante occurunt necessitates pauperum ut regula
riter sit peccatum eas negligendo instituere maioratum l.
ditare aliquos hoc tamen non est speciali in clerico l. epis
copo quia etiam in laicis frequenter continet in peccatum
aliquod in institutione maioratum propter neglectam
saltem ex lebi culpa misericordiam erga pauperes.

Dicit 2.° tota illa quantitas quae assumitur ad congruam
sustentationem ex redditibus beneficii sunt bona sacra ergo
quidquid ex hac quantitate reseruatur eo ipso est destina
tus ad usus pios ergo non potest expendi in amicos l. propin
quos nisi quatenus id foret opus pietatis prouatur pri
ma consequentia quia omnia bona sacra sunt desti
nata ex praecepto ecclesiae ad usus pios et hac ratione appellan
tur in iure bona pauperum non quia pauperes sint illo
rum domini antequam ipsis tradantur.

Respondetur hic bona esse quidem in sua radice et titulo sa
cra sed exuere quodam modo honus primeban quando extraut.
per patrimonium ex clerici alimentis quia ratio ipsa dictat quod
supposito quod hic quantitas sic reseruata poterat a beneficia
rio liuere consumi in propios usus sic posit in alios subroga
tos loco propiorum subrogatum enim semper sapit naturam subroga
ti ut est regula iuris et confirmatur hic doctrina exemplo eorum
den bonorum quando stipendio honeroso beniunt ad manus
laicorum apud quos certissimum est transire sine speciali
obligatione aut honere quod insumantur in pauperes
aut pios usus.

Puncto ergo dificultatis praecipue in
hoc dubio est de fructibus et redditibus beneficii canonicatus
l. alterius praecipue an ecclesiastici seculares qui tales prae
bendas possident sint vere domini fructuum et redituum
illarum quoad eam partem quae redundat ex congrua susten
tatione sibi debita dixi fructuum et redituum quia non

est dubium

et dubium de bonis stabilibus et immobilibus. bene
ficiorum certum enim est eorum dominium non esse penes bene
ficiarium sed sicuti templa ipsa basa et hornamenta sa
cra et omnia alia supellex templorum sunt cleri simul
(et populi suo modo) ita hec stabilia bona specialiter
clericis donata intitulum beneficii pertinent ad communita
tem cleri administratio autem ad prelatos presertim et ma
nus pontifices neque possunt sine ipsorum legitima au
toritate quibusdam etiam solemnitatibus intervenientibus
alienari est constat toto titulo de rebus ecclesie non alienan
dis et particularibus motibus pi. s. et pij. 4i imo et legi
tima causa requiritur ut valide fiat alienatio etiam deli
centia pape sed de hoc alias = modo vero circa hec bona
placet advertere non esse donata clero aut ecclesie in quen
dis usum sed ad Dei cultum unde non potest corpus cleri
aut pontifex hec bona pro libito alienare et ille te
nebitur ad restitutionem cui forte in alienos usus concessa
fuerint = et ab hac restrictione (quod est notatu dictum in presenti)
hec bona dicuntur patrimonium cresti duodecima quest.
Sec. pluribus capitibus. nempe quia nemo alius eorum habet
omnino liberam dispositionem tanquam de patrimonio suo
videatur Suarez adversus sectam anglicanam tomo libro
4o. cap. 19. ubi proter hanc rationem docet esse valde pro
babilem et piam sententiam navari asserentis dominium
proprietatis horum bonorum non esse apud mortales ullos
nequidem apud totam ecclesiam aut summum pontificem sed
solum dominium utilitatis et administrationem.

Situr de redditibus et fructibus beneficiorum est
tota concertatio prima sen. asserit beneficiarios non esse
dominos illorum sic docet et aliter propugnat Nava
rus lib. de redditibus ecclesiasticis quem fere totum in hoc casu
to consumit Bessa 2a parte casu 20 et quarta parte casu

32 et ali plusquam bis inter autores quos recenset a cor
tomo 2º. Libro 12 capte. hora

hec sentia probatur 1º ex natura ministerii spi
ritualis intuitu cuius dantur decime et alia bona bene
fitiorum ad cleri sustentationem et ratio formatur sic
clerici a populo accipiunt sustentationem ad quam ha
bent tus merendi autem laboris spectant ad eo ergo quid
quid sustentatione superest ecclesie debetur t. paupe
ribus probo consequentiam quia alias spiritualia mu
nia que obeunt clerici aliquo temporali stimarentur
si ultra decentem sustentationem aliquid ut stipendium et
veluti precium adquirerent in peculium et proprium dominium

Confirmatur ex capte. quoniam (t. ut ali habent
quia tacta) decima sexta quaest. 1a. ibi quid quid habent
clerici pauperum est et infra qui bonis parentum et opi
bus sustentari possunt si quod pauperum est accipiant sa
crilegium profecto committunt idem docet Prosper lib.º
de vita contemplativa cap. 19 et sequentibus = respondent
adversari hec omnia procedere pro tempore in quo non dum facta
fuerat partitio et divisio bonorum ecclesiasticorum tunc enim verum
erat neque clericos neque episcopos esse dominos sed tantum dis
pensatores postquam autem fuit facta eorum bonorum partitio quae
creditur facta fuisse anno dominii quatrocientos y sesenta y uno tem
pore simplici pape tan clerici facti sunt domini portionis et
partis sue assignate = Sed contra hanc solutionem instat
quia facta tam divisione et partitione anno nimirum quatrocien
tos y noventa y quatro Gelasius papa in epistola ad episcopos sicilie de
cernit episcopus etiam de sua parte debere alere peregrinos et captivos
aut dubie significans etiam post factam divisionem opulentiores sacer
dotes non esse dominos sue portionis sed distributores.

Tertium argum. pro eadem sententia conficitur ex hau
toritate Sanctorum patrum in quibus frequens est hec vox 60

na clericorum esse patrimonium Cristi esse pauperum esse reidei et
bene finarios esse tantum administratores et pauperum procura
tores testimonia hec luculenter aducunt puente hurtado
Lesius et Corinne precipuum et massis strictum testimonium est
apud Vernardum ep.a 2.a ad fulcones ubi sic habet quidquid
preter necessarium victum aut simplicem vestitum de altario retinen
tum non est rapina est sacrilegium est mito alia testimonia
que ad idem tendunt quia omnia una et eadem solutione a nobis
diluunt. = Confirmatur hoc idem argumentum quia clerici pro
ibent testari de fructibus beneficiorum suorum cap.te episcopi cap.te
manifesta duodecima quest.e 2.a et cap.e relatum el 2.o de testamen
tis et alium item bona clericorum que manent post mortem
manent sujecta spolio ecclesiastico que omnia videntur convin
cere quod non sint eorum veri domini cum perfecto dominio
presertim cum in eodem iure sinificet non posse clericos dum vi
vunt huiusmodi fructus et bona donare ad libitum ut
videre est in cap.te ad hec de testamentis.

Quartum argumentum et quidem urgens formatur sic an
te factas divisiones clerici non erant domini horum bonorum
ergo neque post divisiones fiunt dominicorum quoad eas par
tes que redundant ex congrua sustentatione hec enim censet esse
illa eadem pars que pertinebat ex massa comuni ad pauperes cum
enim hec pars non sit modo separata pro pauperibus sed sit per
mista cum bonis beneficiorum sequitur quoad hanc partem
beneficiarios non fuere dominos sed solum administratores ac
per consequens teneri hec iustitia distribuere illam in paupe
res confirmatur quia non apparet quomodo ecclesia po
tuerit per divisiones bona illa que prius erant pauperum
taliter quod nihil ex eis sine iniustitia possit dispendi in alios
usus modo quasi mutata natura subiicere dominio clerico
rum et eas plene ipsis applicare ut ias citra iniustitiam possint cleri
ci hec bona in quos libet usus expendere ~~videntur~~ potiuerint

dicendum est primo bus ius honus secum trahere reserui transit cum seco
honere = mitto a tia fundamenta leuiora quia ex solutione
horum alia etiam ebanescere.

Secunda sententia est extreme opposita scilicet ecclesias
ticos vere esse dominos fructuum beneficiorum etiam quoad illam
partem que excedit congruas sustentationes hanc sententiam
acerrime propugnabit contra nabarrum Sarmiento lib.o de
Reditib. ecclesiasticis quem ferero tum in hoc asunto consumit
cuius sententie stat Sanctus Tomas expresse 2a 2e quae. cento y
hochenta y cinco arti.o 7.o balles ibidem quae. 32 arti.o 6 dubio
ultimo Molina tomo 1.o disp. cento y quarenta y dos et cento
y quarenta y tres Saius lib.o 4.o de reditib. ecclesiasticis garcia de be
neficis parte 2.a cap.e 1.o Vazquez opusculo de reditib. cap.e 1.o Sanchez
in suma lib.o 2.o cap.e 20 Lorca 2a 2e disp. 40 numero 21 Lessius
et Conine supra citato atque etiam malderus monacina disp. 4a
citata punto 1.o filiutius tractatu 41 cap.e 6. puente hurtado 2a 2e
disp.e cento y sesenta sessione quinta et alii plures apud ipsos et hec
sen.a michi maxime prouatur eas que censeor non solum proba
biliorum sed veras moraliter.

Balidissimus argumentum pro hac sen.a sumit ex cap.e
unico de clericis non residentib. in 6.o et ex tridentino quae. 22 cap.e 3.o
ubi statuitur quod qui non intersunt diuinis amittunt distributiones
neque faciunt eas suas ergo qui intersunt faciunt eas suas alias
si non facerent eas suas nichil plene statueret in amissione non
interessendo = Dices hoc verum esse loquendo de distributio
nib. harum enim datur dominium in clericis eas lucrantib. ut su
ponebamus tertio notabili non tamen proterea dicendum est
acquiri dominium fructum beneficii qui horum alia est ratio et
natura ut dicebamus et omnes fatent. sed contra hanc
solutionem est quod idem decernitur in eodem concilio tridentino
sessione 23 cap.e 1.o loquendo de fructib. beneficiorum ut condistin
ti ad distributionib. ubi pro rata temporis absentie non fa

ciat suos

riat suos et clarius adducit Scotus 24 cap. 12 ubi quos ratione
residentie fecit suos = Confirmatur ex cap. prebendi extra de fide iuso
rib. ubi statuit solvendum esse est alienum fide iusoribus ubi ita solvendum
esse de bonis a clerico defuncto fide iusu de fructibus beneficii non ta
men solvendum esse si beneficiarius erat monacus ergo adeo mo
do pertinent ad beneficiarium seculares reditus sui beneficii
ac pertinet ad monacum bona quae habet sed iste alius modus
non consistit in administratione quia quo ad hanc equali
ter se habent consistit ergo in dominio quia scilicet beneficia
rius seculares habent dominium non tamen monacus.

Rationibus etiam evincit hic sen.a 1.o quia paupe
res attingunt dominium et acquirebant ante divisionem domi
nium quarte partis bonorum ecclesiasticorum sive aplicati ergo
etiam ecclesiastici modo acquirunt dominium partis bonorum si
ve aplicate per electionem beneficiorum et prebendarum patet
consequentia quia ut late expendit hurtado ubi supra non
est assignabilis ratio discriminis imo multe maiores cau
se concurrunt in clericis ut fiant domini partis sive ia
signati quam in pauperibus. = Secunda ratio quod con
ducens bona beneficii et fructus dominium adquirit eorum
qui ex huiusmodi bonis percipiunt. ergo etiam habet domi
nium eorum beneficiarius qui huiusmodi bona locat (non
dico habere dominium tituli iuris aut furbi spectantis
ad beneficium) sed fructuum et proventum probatur consequentia
quia alioquin plus iuris transferet illis quam ipse habe
at contra testum in cap. nemo potest de regulis iuris in
sexto et lege nemo plus digestis eodem

Tertio si beneficiarius non habet dominium fructus benefi
ci non est consuetudine refertum ut beneficii fructus ad
quirant. creditus beneficiari sive hic condito testamento
sive intestatus decedat item neque de his fructibus solvendum
esse est alienum contractum a clerico sicut non solvitur con
tractum a monaco ergo ratio discriminis est quod bene

finarius secularis factus fuit dominus fructus et hoc
plane supponit. in dicto cap.e prebenit extra de fideiuso
quarto quia si ecclesia sentiret clericos non fuerit domi
nos istorum fructus sed esse meros dispensatores deuere non
solum non insinuare nostram sen.tm (ut rebera insinuat et
fere declarat ut bidimus) sed debere contrariam aperte spli
care cum id fecerit in rebus minoris momenti maxime quod aper
te bidet benefinarios intrepide nostram sent.m sequi in praxi
et consequenter ad illam ratas haberi et nec rescindi donatio
nes et contractus non cedentes in usus pios.

Sed maioris doctrine gratia atque ut plenius solbant
fundamenta contrarie sen.e dico 1.o in hac difficultate hoc
dominium quod habent clerici circa predicta bona non est
omnino absolutum sed cum honere expendendi partes que redun
dat ex congrua sustentatione in pauperes et pios usus et hoc
sub speciali et stricta obligatione taliter ut mortaliter pecent
contra misericordiam si notabiles summas in res profanas spen
dant aut mutuis more laicales expendant siue in bita dispo
nendo siue per testamentum hec conclusio est comunis et
certa 1.a apud omnes autores utriusque partis precedentis
puncti videatur specialiter Coninc disp.e 27 dubio 11 Bona
cina disp.e 4 citata puncto 2.o propositione 2.a

Pro declaratione notandum est ex duplici cap.e nasci posse ma
iores obligationes dandi elemosinam 1.o ratione status haben
tis bona ex quibus largiat. 2.o ratione bonorum que possidet di
cimus ergo clericos ex utroque cap.e teneri addandam elemo
sinam et ad alias pias causas ex primo quidem quia ipsorum
status est perfectior unde illis specialiter incumbit mise
ricordia erga egenos et vigilantia circa pias causas ex 2.o
quidem quia bona que possident ultra sufficientia ad suam
congruam sunt destinata ab ecclesia ad pios usus mo
do prouat. Conclusio primo quia cum cristus dominus sit
universalis pater et curator pauperum etiam ipsius mi

nistri ut sunt ecclesiastici horum munus ~~eam~~ specialiter debent
exercere unusquisque pro modulo suo et hoc alte et grabiter
comendatum est a paulo prime ad corinthios 4.° his verbis sen
tus ut pauperum memores sitis et eorum curam habeatis
unde ab initio nascentis ecclesie constituti sunt ex clero ali
quid prefecti ad curam pauperum et frequenter in iure et a
apud patres Clerici apellant procuratores pauperum.

Secunda ratio huius conclusionis sumitur ex natu
ra bonorum ecclesiasticorum quia ratio ipsa naturalis dictat
hec bona que tam largiter a fidelibus donata sunt ecclesie
in vitu dei et ad ~~pon~~ cultum ipsius non esse distraenda in
usus profanos sed in sustentationem et decentem splendo
rem ecclesie ministrorum et quod exinde reditum sit in paupe
res et opera pia hec enim omnia gerunt vices christi domi
ni inveris dicente ipso quod ubi ex minimis meis fecisti
michi fecisti.

Dices multorum beneficiorum bona
non probenerunt ecclesie ex donatione fidelium sed ex
decimis que ex iustitia debent ministrantibus spiri
tualibus ergo saltem quoad hec bona non convincet
predicta ratio esse obligata et destinata pauperes.

Respondetur enim predicta bona licet de iusti
tia debeant ministrantibus in spiritualibus ad suam et suorum sus
tentationem nichilominus pars que exinde redundat transit
ad illos cum honore ut spendant in obsequium et servitium cris
ti et ecclesie propter cuius honores et recognitiones separant
et beluti consecrant deo primitie et decime ex hominibus
fructibus.

Secundo probatur eadem 2.a conclusio quia
sicut ante quadripartitam divisionem horum bonorum tenebant
episcopi et alii ecclesiastici qui ea administrabant in vigilare ne
cessitatibus pauperum et illis subvenire nunc cum 4.a pars a

assignata pauperib. non manet seorsim separata sed communiter premissa cum aliis bonis ecclesiasticis obligatio vigilandi et succurrendi pauperib. et operib. pis censenda est transisse cum bonis predictis ad eos ecclesiasticos qui ea possident = unde (et est tertia probatio irrefragabilis pro nostra conclusione) in concilio tridentino latum est circa hoc extrictissimum preceptum episcopis et aliis ecclesiasticis personis his grabissimis verbis sessione 21. cap. 4. de reformatione ibi omnino interdicit ne ex reditib. ecclesie consanguineos familiares ve suos augere studeant sed teneant etc.

Dices beneficiari iuxta hanc conclusionem graviter peccant insumendo notabilem partem fructus beneficiorum in profanos et mere laicales usus ergo non sunt domini talis fructus probat consequentia quia dominium est potestas utendi re in quoslibet usus pro libito R.r negando consequentiam sunt enim domini fructus cum honere tamen et obligat. insumendi illos in pios usus sicut secularis est dominus suarum pecuniarum sed relinquit eas in meretricis aut in alios usus proibitos consumendo ad probationem R.r posse comparari cum vero dominio aliquam obligationem scilicet proibitionem per quam interdicat. ac velut ligetur actus et exercitium quo ad aliquam partem solum enim est de natura domini quod usus et exercitium ab illo prouidens non sit contra iustitiam licet forte contingat ex alio cap.e ut peccatum contra alias virtutes quam in re multa occurrunt exempla in materia morali = ex hac nostra concl.e et eius probat.e patet hanc materiam obligationem dandi elemosinam quam dicimus competere clericis presecularib. in duob. existere primo quod non dando elemosinam in his casib. in quib. etiam laici tenentur eam donari clerici multo grabius peccant et longe facilius mortaliter ob maiores et penaliores suas obligationes 2.o (et hoc est precipue et maxime notandum

notandum in hoc puncto) quod laici non peccant mortaliter
expendendo notabilem summam in res profanas aliquando
licitas modo illud non omittant dare elemosinam grabi
ter indigentibus secus est de clericis respectu bonorum que ex be
neficiis habent decentem suam sustentationem sed dentur pe
cant mortaliter sicut postquam sucurrerunt grabibus ac
communibus necessitatibus notabilem ex his bonis summam in usus
profanos expendant notabilem summam in re presenti vocamus
cum omnibus auctoribus non eam que furtum sublata sufficiunt
ad peccatum mortale sed etiam que posit dici pars notabilis re
dundans superfluorum ipsius beneficiati ut si quis horum quar
tam aut quintam partem in profanos aut mere laica
les usus expendat.

Sed modo videndum est quanta pars fructus con
stituenda sit pro congrua beneficiari sustentatione ita utilem pro
ut boluerit spendere posit ut diceramus in princ.o notabile
3.o et satisfacere sue obligationi si quod redundat de pau
peribus vel in alios pios usus largiatur in quo breviter dicendum
est eam summam constituendam esse que a beneficiaris et ipsius
familie sustentationem sufficiens iudicat prudentialiter habi
ta ratione scientie et literature nobilitatis aut dignitatis
quam beneficiarius habet habita etiam ratione loci et temporis
sic docent sprese Bonacina disp. 4 ex bariis pun.o 2 nu.o 7.o
Filiucius nu.o 7 tractatu clericorum tractatu 4 cap.e 7.o
Coninc 2.a 2.e disp. 27 dubio 11 concl.e 3.a Puente hurtado
ibidem disp. ciento y sesenta sescione 4 cali plures apud ip
sos — probatur ex glosa cap.e cum adeo de rescriptis
verbo sufficientia et ratio etiam id convinci sic in generali
loquendo quia cum non sit par omnium beneficiariorum condi.o
ergo non est ut eadem summa omnibus assignetur pro de
centi sustentatione — nunc in speciali probatur asertum
quoad circumstantias quas dicimus attendi debere et qui

des quod attendenda sit scientia et literatura quid
quid in contrarium reclamet Lorca 2ae dip. 40 nu
mero 39 probat. ex iure in cap. de multa de preben
dis et probat. etiam ratione quia homines baldelite
rati ratione sue scientie et stimationis uteris paribus
plus aliis ecclesie prorsum eius dignitatem augendo decet
enim maxime ecclesiam dei doctioribus uti ministris quia
suam autoritate et consilio tueant et hornent quia autem
plus ecclesie prodest maiorem ab ea sustentationem me
ret. iusta illud apostoli prime ad timoteum 5. qui bene
presunt presbiteri duplici honore digni sunt.

quod autem attendenda sit nobilitas persone probat quia
divites non sunt cogendi bibere pauperum cibo cap. non
cogat. dist. 41. et hoc etiam suadet attendendam esse complexionem et
valetudinem beneficiari.

Nunc restabat minutatim ex regula generali
proposita et probata assignari in especiali summam decentis
sustentationis pro quolibet beneficiario sed hoc tasen
dum est ad vitrio boni viri attentis predictis omnibus et
constantiis nobis pro nunc sufficiat dictis adere quod
nomine familie beneficiari pro qua et prose assignan
da est sustentatio intelligi debet non solum famulus aut
famuli necessari sed etiam omnes consanguinei in
tra tertium gradum qui divites non fuerint.

Iam ex dictis hactenus non erit operosum res
pondere ad argumenta que militabant contra pri
mam conclusionem et quidem omnia que adducunt
ex iure aut auto. patrum facile corunt si dicamus ut
dicendum est quod l. loquunt de toto acervo bonorum ecle
siasticorum ut erant ante divisionem tunc clerici non
erant domini l. 2. alie autoritates loquunt de bonis
immobilibus et stabilibus ecclesie et beneficiorum de qui

Et ian suposuimus in prin.° esse res dei patrimonium
cristi ~~[illegible]~~ neque dominium esse apud beneficiarium &c.
3.° autoritates quae locuntur extra hos casus loquuntur
concio notorio modo per exageraciones et exortaciones
ope lando bona pauperum ea que ipsis sunt debita non
quidem ex iusti.ª sed ex misericordia = quod autem in
hoc sensu loquantur, patet ebidenter quia eodem modo lo
quuntur multi patres dum sermo est ad divites laicos
de quibus tamen est certum apud omnes esse dominos suorum
bonorum licet teneantur ex crebis et gravibus necessitatibus
subcurrere sed de hoc latius in materia de elemosina

Ad quartum argumentum concedendo antecedens
si loquantur de clericis seorsum et sigillatim sumptis negat Co.ª nam etiam pauperes
ante factam divisionem et assignationem ipsius non erant domini alicuius
portionis illorum bonorum et tunc post factam divisionem et apropriatio
nem fiunt domini partes quae illis ~~[illegible]~~ obvenit idem suo modo contingit
in beneficiariis post erectionem beneficiorum et assignationem factam ipsis

Ad confirmationem R.ª omissis (aliorum solutionibus) nun
quam ea bona etiam ante divisionem fuisse debita pauperibus ex iustitia
sed solum ex misericordia = bene quidem verum est administratores
qui tunc erant horum bonorum facere contra iustitiam sicut hoc de
linquebant defraudando pauperibus in ea parte quae ex statuto eccle
sie ad illos pertinebat sed hoc comune est etiam modo omnibus per
sonis quae solum tanquam procuratores de mandato aliorum faciunt
elemosinam = postquam autem ab ecclesia facta fuit divisio
eorum bonorum et erecta beneficia et applicata clericis iam clerici
sunt domini unusquisque sue partis ut probatum est.

Disputatio tertia
De obiecto Domini et de rebus que cadunt sub Dominio

Bona quorum homo potest esse Dominus alia sunt in
ipso alia extra ipsum primi generis sunt corpus vita men
bra et eorum usus item virtutes et functiones anime =

posterioris generis sunt fama honor et divitie quarum nomine intelligimus omnia bona temporalia et dicunt bona fortune. inter famam autem et honorem hec est diferentia quod fama est bona existimatio de aliquo homine. honor est reverentia aliqua vel nota recognitionis exhibita propter aliquam excellentiam de omnibus his bonis agendum est in hac Disputatione.

Dubium primum

Utrum unus homo possit esse Dominus alterius

Pono sententiam ereticos anabatistas de quibus referbe Larminus Lib.o 3.o Controversia 5.a cap.o 2 et licitam inter christianos servitutem legalem non solum per potestatem iuriditionis qualem habent Reges et principes sed etiam per potestatem domini civilis qualis est inter dominum et servum sed de hoc latius vel arminus in hereticos.

Pro explicatione nostri dubii notandum est servum et dominum esse correlata et ideo quod modis dicitur unum dicitur alterum servitus autem est duplex alia civilis seu politica qua unus homo subicitur alteri in regimine ut subditi per latis vasalle principibus et hec non est proprie servitus sicut dominium ibi correspondens non est vere Dominium sed solum dominium iuriditionis servitus non legalis est qua quis dum esset liber postea necessitate vel voluntate sua vel reipublice constituit sui iuri alterius et hec est propria servitus et principium dominium illud ius quod correspondet et hec tribus modis contingit primo nativitate qua filius ancille eiusdem sunt domini partum enim sequitur ventrem ut habetur lege 5.a digestis de statu hominum 2.o modo contingit iure belli quia capti in belo iuste servi sunt capuntium et ideo mancipia appellant quia manu capti et ratio huius est quia cum iuste possint occidi iuste etiam servant in servitute 3.o modo contingit ex tione

ex nomine et bendi

ennione et Vendinone

Dico primo certum est servitutem legalem non fuisse introductam iure naturae quia iure naturali omnes homines sunt liberi cum hoc iure tantum Possessor homo dominus earum rerum quae sunt praeter ipsum inter quas non numerat alter homo. = Dicis servitus fuit introducta ad fruendam vitam sed de iure naturae est vitam tueri ergo servitus iure naturae est introducta R.^r quod exprimaria intentione naturae est conservare seipsam quia tamen aliquando sine servitute conservari non potest ideo secundario eruditi per resultantiam ut sic dicam introducta fuit servitus = Unde Dico 2.º servitus iure gentium est introducta habet expresse in iure pluribus in locis et ratione patet quia ius gentium est id quod ratio naturalis proxime deducit ex primis principiis practicis per se manifestis sed huiusmodi est servitus legalis ergo &c

Maior est ipsa definitio iuris gentium communiter recepta apud omnes minor probat. et primo de illa quae est per naturalem quia cum servitus pertineat ad corpus quod proles certo habet a matre ideo partus sequitur. ventrem in servitute = De illa vero quae fit per venditionem (licet iam prohibita sit inter christianos) probat. quia quando quis maior viginti annorum seipsum vendit ~~alium~~ alteri ratio dictat id posse fieri causa sustentandi vitam quia minora bona post ponenda sunt maioribus cum ergo vita sit maximum inter bona temporalia consequens est protuenda vita posse vendi libertatem de alio genere servitutis nempe iure belli iam supra insinuabimus rationem

hinc sequitur. quod si ei nopes velo iusto capiant et seipsos vendant et vendant a parentibus necessitate compulsis tunc ementes et capientes tuti sunt in contrarium si autem ut vulgo capiet per aliquam fraudem alicuius

ad naves et capiunt tunc neque illi qui capiunt neque
qui ab eis emunt tunc sunt in continentia sed tenent
ad manu missionem eam si pretium perdant et eam si vo
na fide emerint ratio est quia cum ille homo neque
naturaliter neque legaliter sit servus tenet domi
nus cum primum liberat eum sue libertatis restitutione
neque valet dicere quod detinere in servitutem apud nos
cedit in bonum spirituale illorum hominum quia non sunt
facienda mala ut evenant bona neque fides cristia
na hoc modo est introducenda sed mere libere et
absque fraude et violentia.

Notandum hic est quod inter cristianos pro
ibitum est ne capti in bello etiam iustissimo fiant servi capi
entium est tamen difficultas an cristiani capti ab infideli
bus in bello etiam iustissimo ex parte ipsorum infidelium fiant ser
vi capientium (nam si velo iniusto capiant certum est non
fieri) in hoc primo certum est quod velum potest aliquan
do esse iustum ex parte infidelium nam si tempore indutiarum pa
ce constituta inter utrosque cristiani agrederentur infi
deles procul dubio infideles haberent iustum bellum
prose fides enim etiam hostibus est servanda 2 cer
tum est quod si infideles compellant servos cristianos
vel ad infidelitatem vel ad deterendos bonos mores tunc
cristiani manent liberi et possunt licite ab illis
fugere solum ergo est dubium de cristianis qui non co
gunt ab infidelibus apostatare neque a cristiana bi
te tramiter discedere ~~[illegible]~~ sed dubium est an re
maneant servi capientium in quo casu dicunt Teo
logi sed probabilior videtur pars negativa quia expre
se habet in iure lege hostes digestis de cabtibus ubi
probet nequis hereticus vel iudeus vel paganus cristi
anum aliquem habeat mancipium vel possideat

Dicis, iusgentium debet esse equale fidelibus et infidelibus, sed infidelis fit servus fidelis capientis ergo fidelis fuit servus infidelis capientis. R. negando consequentiam quia in favorem fidei cristiane merito ab imperatoribus revocatum est iusgentium ad minorem extensionem et revocatum quoad eam partem que se extendebat ad homines cristianos qui capiunt ab infidelibus.

Dubium secundum

Vtrum homo sit dominus propie vite et membrorum

Dico primo homo non est dominus propie vite in hoc omnes conveniunt cum Santo Tomaso 2.a 2.e quest. 64 art.o 5. ubi multis probat non licere homini occidere seipsum huius precipua ratio est quia non est dominus propie vite unde qui occideret seipsum peccaret peccato iniustitie contra rem publicam proter duas rationes pr.a quia auferret illi membrum ex quo constat 2.o quia eius vite custodia reipublice commissa est sicut peccaret contra iustitiam quia auferret virginem ad homo tutoris et curatoris illo invito = Dices homini licet exponere vitam pro amico v.g.a profunda vita amici poterit propriam negligere et amico concedere tabulam qua ebasurus erat naufragio ergo est dominus vite proprio consequentiam quia non licet exponere rem alienam enim pro amico = R. de ma.a huius argumenti latius in ma.a de caritate mihi modo vrebiter dicendum videtur non licere homini propriam vitam perdere pro sola vita corporali amici aliud esset

iudicandum si esponeret. Una corporalis provita spi
rituali amici rano generalis est quia in bonis ecclesiis
dum hordinis necessaria unusquisque tenet. prefere
dilectionem propriam dilectioni alterius

Dubium Quartum

Vtrum homo sit dominus
propie fame et honoris

Caietano et cum eo alii. autores 2a 2ae quest. 73 artic. 2o.
existimat hominem non esse dominum propie fame
sed eius dominium pertinere ad rem publicam vel ecclesiam
cuius est membrum hanc sententiam sequitur. Cobarubias
et alii. quos refert Lessius libro 2 de iustitia cap. 4 dubio nono
et videtur. probari quibusdam testimonii sancti agustini asseren
tis quod precepto obtabo decalogi prohibet. non solum infamatio
proximi sed etiam infamatio sui ipsius sicut quanto precepto
non solum prohibet. occisio proximi sed etiam occisio sui ipsius
et confirmat. ex verbis ecclesiastici 41 curam habe de bono
nomine ubi tantum videtur. concedi homini Cura et cus
todia propie fame non vero dominium ultimo quia
respublica habet dominium fame suorum membrorum fa
ma enim rei publice dependet ex fama singulorum.

Ex hac sententia inferunt eius hautores quod neque
metu tormentorum vel mortis possit quis seipsum infama
re imo quod etiam cum periculo propie vite tenet. rebo
care sententiam qua seipso infamabit ut sic restituat ubi pro
priam famam.

Nihilominus dicendum est homi
nem esse propie dominum sue fame sic docet Lessius cum
aliis ubi supra et videtur. 1a. Aristotelis quatenus asseruit 2o.
ethicorum 4 quod honor et fama est premium virtutis
sicut ergo est dominus aliarum rerum quas propria in
dustria sibi acquirit ita erit dominus fame quam

propio

propio labore et virtute sibi aquirit et auget secundo
probat. quia si homo non esset dominus propie fame
non liceret sibi pati detrimentum in ea sed teneret.
tueri quocunque modo licite posset sicut tenet. defendere
propia vitam quia eius non est dominus sed consequens
est falsum ergo et antecedens probat. minor primo ex di
cto tomi 2.2. quest. 73 art. 4 ubi docet liberum esse ho
mini pati detrimentum propie fame dummodo hoc non
vergat in danum alterius ex quo patet sanctum tomam stare
pro nostra 1.a imo quod magis est videt. confirmari =
exemplo cristi domini qui ad ea que falsi testes ipsi im
ponebant quia si nolens propias famam defendere tacuit
coram pilatos ultimo probat. quia homo non esset do
minus propie fame non posset condonare restitutio
nem sibi debitam in illa hoc autem est falsum contra homines
teologos = Dices ille cui membrum fuit amputatum in
iuste potest remittere restitutionem et tamen non erat do
minus membri ergo ¶ R.r si membrum posset restitui
idem 1. simile in specie non posset homo remittere eius restitu
tionem quia tamen non potest restitui membrum sed precium
equivalens pro iure membri ablati cuius preci homo po
test esse dominus ideo potest remittere restitutionem de
bitam pro membro ablato.

Sed insurgit dubitatio tam quod homo
est dominus sue fame quam vero labore et virtute aqui
sivit Sed insurgit alia dubitatio erit ne etiam dominus
fame quam facto labore et virtute per ignorantiam
aliorum aquisivit v.g. si esset aliquis publice concio
nator param doctus qui apud vulgares et imperi
tum populum esset in optima doctrine existimatione
an iste falsi esset dominus talis fame quidam
respondent non esse dominum talis fame ac
per consequens posse ab eo auferi absque peccato dum
modo non fieret ex invidia aut mala volun
tate = michi vero dicendum videt primo in eo a

in sexta fama nullum sequatur damnum vel praeiudicium ter-
no vel rei publicae sic saltem peccatum contra caritatem de
regere vicium vel defectum occultum excusus detectione ami-
ter famam praedictus homo non tamen erit peca-
tum contra iustitiam primum probo quia con-
tra caritatem est sine rationabili causa privare
proximum bono quod habet — secundum pro-
bo quia ille qui per ipocrisi aut aliam simula-
tam sententiam vel artem comparat sibi famam non
habet ius iustitiae eam retinendi ut enim venerabi-
lis Lessius libro 2 cap.te 11 dubio 10. hoc est spe-
ciale in peccato ipocrisis vel simulationis quod sine
iniuria potest detegi et manifestari propterea quod
tendit ad ingenerandam falsam existimationem in me-
nibus aliorum ratio fundamentalis horum est quod
fama et honor non transit in dominio haben-
tis nisi acquirat vero labore proprio veramque ma-
ter virtute est enim fama natura sua premium vir-
tutis vere non simulatae.

Dico secundo sexta fama ficte acquisi-
ta aliquod praeiudicium sequatur alicui tertio vel rei
publicae tunc nullum erit peccatum neque enim con-
tra caritatem manifestare id excusus aperitione
amittet. talis fama ratio huius est manifes-
ta quia caritas non obligat procurare bonum
unius cum dabno alterius et multo minus cum
dabno rei publicae vel communitatis videat Le-
sius supra citatus filiutius tractatu 40 cap.te
4 quaesito decimo Bonacina disp.e 2 de restitutione
quaest. 4 puncto septimo.

Ex dictis actenus facile est colligere quod
infamare seipsum ex genere suo non est peccatum mor-
tale sed solum veniale quia est quaedam prodi-
galitas vel profusio honoris propri quae quidem
profusio sine rationabili causa facta erit pe-

Cum venale multo grabius in suo genere quam
profusio debitorum potest tamen contingere quod
infamare se ipsum sit peccatum mortale ratione
alicuius circumstantie nempe escandali vel offensi
onis grabis vel etiam alicuius dagni aut detrimen
ti quod ex talium infamia sui ipsius imminet fa
milie propie vel subditis et hac ratione frequen
ter contingit peccatum mortale si parter fami
lias vel superiori aliquis infamaret se ipsum imo
aliquando etiam id contingit in religione v.g. ex in
famia particularis religiosi quia preter strictum
vinculum religionis fama vel infamia cuiuslibet
membri redundat in comunitate.

Ad argumenta contrarie sc. res.
ad primum agustinum loqui in casu quo ex in
famia sequitur aliquod ex documentis supra rela
tis — Ad secundum dico rem publicam non esse
dominam fame singulorum membrorum nisi
quando ita est necessaria ad eius conservationem
sicut propter eundem finem est domina bonorum tem
poralium cuius liber scibilis — Ad ultimum
respondet quod homo est dominus et timul
custos sue fame et propterea in illis locis scrip
ture commendat illi custodiam boni nominis
maxime quia ex infamia fere semper sequitur
aliqua inconveniencia.

Restabat videre an et quomodo homo sit
dominus aliarum rerum externarum sed quia certum omni
no est et indubitat. homini competere dominium ta
lium rerum ideo non oportet de hoc speciatum disputare in
ergo

Disputatio 5. de translatione do
miniorum

Dominia possunt transferri a bono homine in al
terum vel voluntate domini vel hordinatione legis
que hordinatio potest esse duplex nam vel coibet volun

l. donatio l. remissio ad hoc ut si bellet posit acceptare

Dico primo donatio sive promissio interna facta Deo principaliter sive homini facta principaliter propter Deum obligat in conscientia ad eius implenionem est communis 8a. hac proinde non est opus alliquos autores singulatim recensere probat quia bonum internum ideo obligat in conscientia quia fit Deo quia quilibet alia donatio l. promissio que fiat Deo sive homini propter Deum principaliter obligabit in conscientia ratio apriori est quod Deo non sunt ex manifesto omnes actus interni ergo respectu Dei non minus obligat promissio interna quam respectu hominum ea que expri mant. signo sensibili

Ex hoc sequitur quod si quis remittat alicui debitum propter Deum per actum mere internum causa faciendi elemosinam l. si promittat aliquid alicui eam mere interne causa placendi Deo talis remissio et promissio obligat in conscientia ita ut qui taliter remisit non possit iam repetere debitum neque accipere si illi redat.

Dico secundo quando promissio l. donatio interna fit solum homini l. principaliter ad commodum hominis non est valida neque obligat in conscientia nisi manifestet signo aliquo sensibili est communis 4a. quam late tradit et probat cum aliis Basilius de Leon lib. 2 de matrimonio cap. 6. ratio fundamentalis est quod obligatio hominis ad hominem spectat ad convictum et societatem humanam ad hoc enim est homini necessaria et non propter aliud finem quod ex eo patet quia non potest homo obligari neque homini neque lapidi ex quo ulterius sequitur quod obligatio hominis ad hominem non potest consurgere nisi per actus natura sua ap

rei ad conbigatum et societatem humanam actus autem me
re interne inepti sunt ad huiusmodi finem ergo in
conscientia non obligat.

Dicis tota radix obligationis in his que
pendent a mea voluntate est meus consensus sed
te est actus internus ergo actus internus par ro obli
gationem = R.r negando maiorem loquendo de
obligatione hominis ad hominem non solus con
sensus sed iste eterne manifestatus tanquam per com
plementum forme ex qua est hilud.

Imo adit idem Basilius et quidem valde proba bi
liter ad obligationem que est inter homines non esse
necessarium verum consensum internum sed sufficere
verba v. signa scriptis prolata et exhibita ut nascat.
talis obligatio sed de hoc latius in materia de con
tractibus. — Ex dictis patet quod licet ego per
actum mere internum promittam v. concedam alteri
rem meam et Deus miraculose per rebelationem ma
nifestet illi alteri meum consensum internum
nichil hominis neque illi alteri adquiritur ne
que ego teneor in conscientia stare tali promissioni
v. concessioni interna ratio manifesta est ex dictis

Dubium secundum vm. ex con
tractu iure positivo nu
lo transferat. do
minium in con
scientia

Pono in materia de legibus ut potestatem in re publi
ca adcuperiorem anulandi et irritandi contractus ali
quos dispositiones aut promissiones ut alias iure na
ture erant valide exemplum omnium est in testa
mento minus solepni quod quidem iure positivo est
nullum cum tamen iure nature validum foret

De hoc ergo testamento est dubium (et idem est de alis) contrarib. an pariat aliquam obligationem in conci entia .t. tribuat aliquod ius heredi .t. legatario ita ut tantum sit irritum in foro contencioso.

In hoc dubio vrebiter dico quod quan tis contraria S.a fit satis prouabilis nam secu re potest quis illam sequi nichil omnino prouabilior et securior est S.a quedocet huiusmodi dispo sitiones esse enim nullas in foro conciencie et nullum ha bere effectum hanc S.m ut prouabiliorem amplectuntur comuniter recenciores videndi sunt precipue Suarez Vazquez et granados in materia de legib. et nos late es plicuimus anno preterito explicantes eundem tractatum

Dubium vltimum vtrum per legem prescriptionis aquirat dominium etiam in bono domi nio etiam stando in foro conciencie

Prescriptio comuniter dictat ut comprendit etiam vsu ca pionem est aquisitio domini per continuationem possessionis spatio temporis a lege prescripti ut autem distinguit ab usu capione est aquisitio domini circa res immobi les itaque prescriptio et usu capio differunt primo ratione materie circa quam versant quia usu capio est de re mobili prescriptio de immobili S.o ex parte tempo ris requisiti nam usu capio triennio .t. quadriennio com plet. triennio inter presentes quadriennio inter absen tes prescriptio longius requirit tempus et quidem alia dicit prescriptio longi temporis et complet. decema nis inter presentes viginti inter absentes (dicunt au tem quoad hoc presentes quia existunt in adem ciuitate)

alia est prescriptio longissimi temporis et est
que acquirit spatio triginta annorum inter pre
sentes et quadraginta inter absentes prima pres
criptio competit rebus secularibus 2a ecclesiasticis sed
contra romanam ecclesiam nunquam prescribit. ali
quid nisi possessio continuet spatio centum annorum
plura capita iuris huc pertinentia habent deci
ma sexta quest. 3. et est certissima doctrina apud om
nes

Sed est notandum quod prescriptio est
duplex una bone fidei (id est bone conscientie) bona
enim conscientia fides apelat. a paulo illis verbis quo
non est ex fide peccatum est) altera male fidei illa pri
or est cum quis toto tempore a lege constituto ma
net in possessione rei sine dubio quod sit alterius pos
terior vero prescriptio est quando quis possidet rem
cum conscientia certa vel dubia quod sit alterius.

Iuste autem sunt introducte in rei publica
usucapio et prescriptio habet enim potestatem transfe
rendi dominium unius in alterum etiam illo invicto
quando spediens fuerit rei publice et eius conservatio
ni predicte autem leges prescriptionis et usucapionis bel
de sunt utiles 1o ad faciendam certam rerum dominia vitan
do longi temporis erorum et confusionum 2 ad vitandas lites
que exinde orirent. 3o ad vitandam hominis negligentiam
de recuperandis bonis propriis quae omnia maxime con
ducunt ad rei publice quietem et tranquillitatem.

Ultra tempus a lege prescriptum quo possessio
rei alicui debet continuari requirit. etiam titulus ut sic
licet qui rem possidet eam possideat aliquo titulo vel natura
li vel legitimo vel saltem presumpto cum hac differentia
quod si possessio continuata fuerit bona fide spatio
triginta vel quadraginta annorum neque nemini quoti

quoti tulo

quantulo ad eum benerit sufficit talis prescriptio ad faciendam rem suam.

his positis dicendum est cum communi omnium &a. possessorem bone fidei legitimo tempore prescriptionis elapso tuta conscientia posse retinere ut propriam rem usucaptam et prescriptam ita ut quamvis postea compareat non esse suam non tenetur illam priori domino restituere sive prior dominus fuerit negligens sive non in recuperatione rei sue.

Dices: finis ob quem condita est lex prescriptionis est tantum triplex scilicet obviare litibus redere certa dominia rerum punire negligentiam veri domini in recuperanda re sua sed proternulum horum finium valet lex humana transferre dominium rei alienae in alterum in conscientia in bito domino ergo &c. probat minor quia primi duo fines solum pertinent ad forum externum unde quando cunque constiterit in conscientia de vero domino neque sunt lites neque ~~ut~~ incerta dominia ergo tunc non habent locum predicti fines neque etiam erit tutus in conscientia propter tertium finem quia punire negligentiam alterius est pena iudicialis que ut dicebamus in materia de legibus non obligat in conscientia ante sententiam iudicis = R.r cum Maldero de prescriptione dubio 6. precipuum finem ad quem alii hordinant in legibus de prescriptione esse ut finis imponat litibus hic autem finis non obtineret nisi etiam in foro anime per legem prescriptionis amitteret dominium a priori domino et acquireret dominium directum et utile a possessore bone fidei unde ius canonicum quod precipue attendit salutem animarum in foro interno aprobat leges prescriptionis (dummodo sit bona fides quo ad hoc enim coercit leges antiquas imperatorias) et de novo illas statuit capl cum contingat

dicere iurando cap.e quarta extrabaganti de prescriptionib.

Plura huc concernentia dicturi sumus postea dum agemus de obliga.e restituendi que orit. ratione rei accepte.

Finis tractatus domini.



TRACTATVS
de restitutione a doc
tore Iuane
sanchez

Totam hanc materiam ad quinque disputationes reducemus in prima agemus de natura et necessitate restitutionis = in 2a de capitib. sive radicib. in genere ex quib. resultat obligatio restituendi in tertia de eisdem in particulari descendendo ad materias singulares in quib. restitutio versat. = in quarta de conditionib. servandis ut restitutio debite et recte fiat = in quinta de causis excusantib. ad restitutionem.

Disputatio prima de natura et necessitate restitutionis dubium ~~tertium~~ primum quid sit restitutio

Restitutio proprie sini fiat repositionem in pristino statu et est actus quo cuique redit quod a Deo sive iuste sive iniuste acceptum est ut etiam docuit Debes Tomas 2a 2e quae 62 articulos ex ipsa nominis etimologia patet restitutionem esse aliud quam iterato aliquem statuere in possessionem vel dominium rei sue atque ita fit quoniam rebus restituendis non solum numerantur ea que per iniustitiam fuerunt ablata sed etiam ea que accepta fuerunt a domino sponteo ferente cum obligatione tamen redendi ut pignus depositum commodatum etc. quod quidem in terminis expresse

advertit Sanctus Tomas supra et Caietanus Articulo 2°
advertit etiam Sanctus doctor in solutione ad secundum
q° licet nomen restitutionis secundum primam eius
~~[illegible]~~ impositionem supponat rem ablatam eandem numero per
manere et eiusdem omnino reditionem significet at pos
tea translatum est ad significandam reditionem rei quae non
in se sed in equivalenti ablata est nam qui compensando
rem quod alteri intulit l. res illius consumendo l. illum
percutiendo l. infamando non redit illi illam numero
rem quam abstulit cum enim per damnum illatum destructa iam
fuerit non potest eadem numero redi quia tamen eam re
dit in equivalenti propisi me dicit restituere

Dices ergo etiam error solvens prius dicat res
tituere provocationem quia redit rem in equivalenti.
R. negando consequentiam et ad provationem adverto
quod solutio precedit prout intra non respicit per
se primo eam ut quid acceptum nec adhuc equivalent. Con
tingit enim multiplicem solutionem prius exhiberi ante
traditionem rei intra adrationem autem restitutionis per se 2°
spectat quod illud quod restituit. ut in eo l. in equivalenti abla
tum l. acceptum ab eo cui restituit. et proinde a latinis dicitur resti
tutio redditio = sed contra 2° eres tenet restituere rem alicui ex
testamento relictam quam tamen ab illo non accepit R. quod dominium rei
legate statim a morte testatoris transit in legatarium ut di
cimus cum communi 8° in materia de testamentis atque
ideo dum res per testamentum alicui relicta est et apud
heredem manet eam heres censet habere l. accepisse a lega
tario quam proinde tenet restituere.

Contra 3. qui male distribuit bona communia
tenet restituere totum id quod minus ~~debuit~~ dedit
eis quibus debebat ita Sanctus Tomas loco citato ad 3m

Et nos Lare probaturi sumus infra Ceterum talis distributor nichil abstulit neque acceptabit ea quae tenet restituere ergo non est universaliter verum quod restitutio est actus quo cuique reddit quod ab eo ablatum est = R.t quod male distribuens non dando alicui partem quam ei dare tenebat illum dagnificabit in propium non quidem quod erat propium auferendo sed auferendo a propia nonem ad quam tenebat partem ergo illam quam non dedit tenetur absolute et ideo ad illam restituendam teneri sed de hoc latius infra.

Dubium secundum cuius virtutis sit restitutio actus

Adotandum est quod inter cives rei publice duplex potest actio inveniri pertinens ad iustitiam = una qua bona comunia illius civitatis inter ipsos cives distribuunt = altera qua ipsi cives bona propia inter se commutant unde duplex est iustitia alia distributiva alia commutativa = distributiva rectificat priorem actionem quia ad hanc iustitiam pertinet constituere equalitatem non secundum rem sed secundum proportionem meritorum et premii que communiter dicitur equalitas arismetica v.g. meret quis dignitatem ut centum non pertinet ad iustitiam distributivam dare illi dignitatem ut centum (quia forte non est tam grandis dignitas inter bona communia) sed pertinet ad talem iustitiam quando sunt plures cives poscentes dignitatem dare maiorem dignioribus minorem minus dignis unde iustitia distributiva directe et per se respicit merita et dignitatem personae et personarum iustitia vero commutativa rectificat posteriorem actionem quia ad illam pertinet constituere equalitatem rei ad rem in actionibus privatis civium que qualitas

communiter vocat. gemenca et ad illam non per
tinet per se dignitas - l. merum personae sed
totum equalitas inter res quae accipit - l. debet.
et res quae in compensationem redit.

Hoc posito dico cum comun. S.a in hoc
dubio quod restitutio semper est actus iustitiae tantum com
mutativae non refero hautores quia est omnium nemi
ne dentro fundamentum huius conclusionis est quoniam
restitutio est actus quo compensat. l. redit. damnum
illatum l. res accepta servando aequalitatem arismeti
cam inter datum et acceptum tantum enim quantum accepi
mus l. abstulimus per damnum restituere tenemur. sed
haec aequalitas inter dabitum et acceptum tantum spectat
ad iustitiam commutativam ergo restitutio est actus so
lius iustitiae commutativae

Dices contra hoc restitutionem est repara
re defectum enim iustitiae distributivae. nam si quis male
distribuat bona communia dando alicui minus
quam dare tenebat. ex hoc iustitiae distributivae peccat
contra iustitiam distributivam et restituere tenetur. ius
ta Sanctum Thomam 2.2. quaest. 62 Arn.o 2 ad 3. et iusta
plurimos Doctores et rationes urgentissimas ut in
fra fanus probaturi sumus ergo sere.o repa
rat defectum iustitiae distributivae id facit reducendo
ad aequalitatem inaequalitatem factam contra iustitiam
distributivam hoc autem facere non potest nisi se
cum aferendo l. per se constituendo aequalitatem pro
prium iustitiae distributivae in talibus casu facit quod
faceret recta distributio ac proinde sicut recta
distributio est actus iustitiae distributivae talis
etiam iustitiae erit restitutio per quam reparat. et ve
lut reponit aequalitas quam violabit iustitia distri
butiva = Confirmat. quia per iniquam distribu

tionem

nonem fragit ius propium iustitie distributiue hoc ergo ius Lesum resarcire quod fit per restitutionem pertinet ad iustitiam distributiuam et non ad commutatiuam alias utraque iustitia circa idem ius tanquam circa obiectum versaret. = Confirmat. 2º quia alias iustitia commutatiua contrariaret. non solum iniustitie commutatiue sed etiam iniustitie distributiue siquidem utriusque dabna per iustitiam commutatiuam reparant.

Pro solutione horum notandum est primo quod bona communia licet simpliciter communia sint idest totius communitatis quando tamen distribuenda sunt debent. et quidem debito stricto illis qui tali tempore et loco habent merita et qualitates que ad illas requirunt. prescribit consuetudo 1. Lex 1. pactum inhibitum in edicto quo conbocant oppositores (ut postea latius probaturi sumus) atque ita illis non confere esset veluti spoliare ipsos premis et bonis sibi debitis tantum que dabnum illi inferre quantum est bonum et premium quod illi debebat. = unde patet quod illud quod male distribuens denegabit illi qui debebat. distribui est veluti ablatum ab illo ac per consequens dabnum propium ipsius unde etiam fit quod post distributionem iniquam factam iam non manet materia iustitie distributiue quia dabnum per iniquam distributionem illatum iam non est debitum commune sed est debitum propium distribuentis nam eo ipso quod quando distribuebat tenebat. facere bonum commune propium alicuius et non fecit censet. illum dabnificasse in propium et ita tenet. compensare secundum equalitatem rei adrem scilicet restituendo quantum non dedit ei cui dare tenebat. hoc autem est munus solutiue iustitie commutatiue.

hoc posito ad argumentum respondet. quod licet restitutio reparet inequalitatem iustitie distributiue

nechil omnino id non facit immediate sed mediate scilicet
solendo retentionem dabni illati per iniustitiam distributivam
qua retentione sublata tollit ex consequenti iniustitia dis-
tributiva. Cum vero illa dabni retentio ut iam explicatum
est non sit contra iustitiam distributivam sed contra com-
mutativam quia fundat in proprio debito restitutio
erit actus iustitie commutative.

Sed primam confirmationem R.: quod ius iu-
stitie commutative ante quam ledat est obiectum iustitie dis-
tributive non vero postquam lesum est ut enim iam diximus
facta iniqua distributione non manet materia iustitie
distributive unde etsi circa illud ius lesum versetur iusti-
tia ~~distributiva~~ commutativa non proinde sequitur quod
versetur circa obiectum iustitie distributive neque quod iustitie dis-
tributive immediate opponatur sed tantum mediate et hoc non est
inconveniens.

Dubium 5 quanta sit necessitas resti-
tuendi

De fide est restitutionem esse necessariam ad salutem et de genere suo
obligare sub mortale patet Ezequielis 33 si egerit impius
penitentiam a peccato suo et pignus restituerit rapinam quam re-
diderit vita vivet. Atque hic obligatio non solum de iure
divino sed etiam naturali ex illo principio quod tuum non
bis alterius fieri ratione probat quia non restitu-
ere est contra caritatem et contra iustitiam quarum virtutum
observatio est maxime ad salutem necessaria unde est illa ce-
lebris regula iuris non dimittitur peccatum nisi restituatur
ablatum.

Hic tamen necessitas restituendi non est necessi-
tas medii sed precepti nam ea que sunt necessaria necessitate me-
dii sunt illa in quibus sicut in virtute et causa efficienti con-
tinet finis unde proter nullum impedimentum ab eorum execu-

non excusari potest homo ut videre est in actu fidei qui
quidem est necessarius ad salutem necessitate medii certum autem
est debitorem in multis casibus deobligari ad restitutionem

Dubitant vero autores an preceptum res-
tituendi sit negativum an affirmativum in quo mihi bre-
viter dicendum videtur hoc preceptum resolvi in affirmativum
restitutionis actum imperans et in negativum detentionis
continuationem prohibens constat ex ad Romanos decimo
tertio redite omnibus debita et infra nemini quidquam
debeatis ratio nostre resolutionis est quia preceptum res-
tituendi duo immediate et per se respicit primum est
ne alter patiatur iniuriam per retentionem rei alienae secun-
dum est ut alter rem suam consequatur. Fiatque aequalitas
primum cadit sub precepto negativo preceptum enim nega-
tivum est quo prohibet seu vetat actio aliqua realis talis +
vero est moraliter loquendo retentio alienae equivalentem
usurpationi seu furto ut recte dixit Innocentius in cap.
lepe de restitutione poliatorum secundum vero ad precep-
tum affirmativum spectat quod enim alter rem suam consequatur +
fiatque aequalitas est quid moraliter positivum necessarium
ad completam rationem restitutionis unde cum totum quod
diximus precipiat fit quod preceptum restituendi partim
est affirmativum partim negativum quatenus affirmativum
studiosum actum imperat quatenus negativum actionem ma-
lam prohibet scilicet detentionem alieni que detentio ut di-
ximus moraliter est quedam actio realis.

Contra dicta est communis obiectio sic preceptum
negativum obligat semper et pro semper sed preceptum res-
tituendi non obligat semper et pro semper ergo non est ne-
gativum minor patet quia aliqui sunt cause excu-
santes ad restitutionem et alii propter quas differi potest
ut dispositione ultima videbimus

Pro responsione notandum est quod cum obli-

gatio restitutionis nascat. ut diximus tum ex precepto
affirmativo tum ex negativo ita se habent hec pre
cepta ut sese mutuo implicent talit. quod pro eodem tem
pore formaliter obligent simul et que causa ab uno ad
implendo excusat eadem quoque ab altero excusare conten
da est atque adeo quia negativum scilicet ne detineas ali
enum adimpleri non potest nisi per actum positivum quo
alter rem suam consequatur quod est adimpleri affirmati
vum inde est quod sicut affirmativum non obligat sem
per et pro semper ita atque hoc preceptum etiam quatenus ne
gativum est ⊥ inde etiam fit quod utrumque continet. in illo
septimo decalogi precepto non furtum facies quia quotiens
finis aliquis precipit consequenter precipit medium per
se necessarium ad talem finem habendum si ergo actus positivus
restituendi est medium necessarium ad non detinendum alienum
consequens est quod preceptum de non furando quod equiva
let precepto de non retinendo alienum consequenter pre
cipiat actum positivum restituendi.

Disputatio 5.a de radicibus ex quibus obligatio restituendi horitur

Dubium primum quod sint huiusmodi radices

Dicendum est quod loquendo in genere duo tantum sunt ti
tuli ex quibus resultat obligatio restituendi non per se solarci
alienae ablatio etiam si forte res ipsa tam non existat vel solares a
liena quam quis habet licet forte eam a suo domino forma
liter non acceperit ita sanctus Thomas 2.a 2.ae quaest. 62 Art.o 3.o
Aragonius Molina et alii quod est dicere obligationem restitu
endi oriri vel ratione acceptionis rei alienae vel ratione rei acep
te quod ad has duas radices adequate reducat obligatio resti
tuendi probat quia omnis et solus qui rem alienam vel ace
pit vel habet est vera causa ut alter minus habeat quam

habere debebat

habere debebat recte ergo tota obligatio restituendi in duo alia capita generalia adequate reducitur.

scio plures auctores quos referunt et sequunt. Bonazina quest.e 1.a punto 3. Rebelles prima parte libro 2 quest.e 2.a Lesius libro 2.o cap.te 7. dubio 5. at alii assignabit tres radices restitutionis nempe ratione rei acepte ratione iniuste aceptionis seu dapnificationis et 3.o ratione contractus sed quod nos diximus et verius. loquendo generalius et pro maiori esplicatione notandum est quod aceptio rei aliene vel est iusta vel iniusta, iusta contingit ratione tractus et quinque modis fieri potest secundum diversitatem tractum nempe emtione acommodatione locatione pignoratione et deposito iniusta vero aceptio est quecunque actio qua res ab altero aufert. sive res eam aquirant iste qui aufert ut contingit in furto et rapina sive eam prorsus destruat ut contingit in dapnificatione per omicidium stupum infamiam etc. quicunque enim quomodocunque dabnum alteri infert aufert aliquid ab eo et sic dicit. teneri ratione iniuste aceptionis stra vero res aliena stare potest apud aliquem sine ulla ipsius culpa et sine contractu cum domino rei celebrate et tunc obligatio restitutionis non erit ratione aceptionis neque iuste neque iniuste sed solum ratione rei acepte ut v.g. quando quis emit rem a fure ignorans esse furtivam et tunc talis rei possessor dicitur possessor bone fidei de quo postea.

hanc autem deferentiam assignant doctores inter has duas radices (et est valde notandum) q.d quando quis tenet ratione aceptionis manet et durat obligatio restituendi etiam si res acepta penes accipientem non sit unde qui mutuo vel furto rem aliquam accepit etiam postquam res consumta est manet cum obligatione restituendi quando vero restitutio horitur solum ex re acepta tunc re consumta cessat restituendi obligatio quia cum teneatur ratione rei fit ut cessante causa cesset obligatio.

dubium secundum

Quanta obligatio restituendi oriatur ex precisa ratione rei alie ne bona fide sposesa

Certum est apud omnes ex sola re aliena quam quis possidet quam bis nulla precesserit iniuria domini item neque aliquis contractus horiri obligationem restituendi rem domino suo ratio est clara quia dominium nunquam fuit amissum ab illo pri.° vero domino non potest autem retineri res aliena in bito domino.

Communis etiam S.ª doctorum est q.d si res aliena dum est apud possessorem bone fidei pereat tunc non est obligatio restituendi rem neque precium eius sed tantum est obligatio restituendi id in quo talis possessor factus est dicior ex re aliena ita habetur Lege item beniunt 22. parafo preter hec et Lege si rem et precium vigestis eodem ratio huius est nam cum talis solum teneatur ratione rei et hec non amplius apud illum stet cesat quoque cum ea obligatio restituendi = quod vero totum id in quo factus est dicior restituendum sit ex eo constat quia id lucrum est propius effectus rei aliene in quo ipsa censetur quodam modo permanere id enim in quo quicquam habuit ex ea factus est dicior succedit in locum rei accepte que proinde dicitur stare in equivalenti.

Sed occurrit dificultas an restituendum sit precium rei aliene que perit ex negligentia culpabili l. ex facto peccaminoso possessoris bone fidei = in hoc pri.° certum est q.d si talis res perit culpa possessoris postquam ille cepit habere malam fidem nempe quia l. scibit l. prudenter dubitabit esse alienam tunc tenetur restituere rem aut precium eius ratio est clara quia tempore quo scibit l. dubitabit prudenter esse alienam peccat contra iustitiam retinen

do ac proinde ea non tenetur solum ex re accepta sed ex in
iusta acceptione cui in moralibus equivalet intus ta detentio = quando vero talis consumptio rei alienae etiam
culpabilis contingit perseverante in possessore bona
fidei dicendum est eum non teneri ad restitutionem quam
bis res gravi sua culpa perierit est communis et probatur
quia tunc neque tenemur ratione rei acceptae cum ea non
habeat neque ratione acceptionis cum a domino rem non
acceperit neque iniuste retinuerit quod autem ex alio ca
pite peccaverit etiam si gravitur clam destruendo vel consu
mendo nihil interest quoad hoc quia ex receptissimo
omnium fundamento nulla culpa quantumvis gra
vis obligat ad restituendum nisi fuerit contra tus
titiam

Sed inquires quis factus censeatur locupletior ex
re aliena et quomodo hoc iudicandum sit ut taxetur quanti
tas restitutionis faciendae a possessore rei alienae bona fide accep
te et retente = respondeo cum censeri factum ditiorem qui cessante
bona fide cognoscit se ex re aliena factum esse locupletiorem qua
scilicet aliquid habet inter bona sua quod alioquin non ha
beret vel saltem quia cognoscit se non fecisse aliquos sumptus quos
alioquin ex re sua fecisset = dixi ex re aliena quia si cog
noscat se ex industria sua aut per accidens aliquid lucrum fe
cisse dicitur factus ditior ex re aliena ut contingit quan
do quis invitatus ab amico ad rem furtivam cenandam lusit
pecuniam cum socis et lucratus est aliquam quantitatem non
dicitur factus ditior ex re aliena habita ratione illius pecu
niae quam vicit sed habita ratione illius quantitatis sumptus
in qua rebus suis pepercit

Ex hac regula generali multi casus in specia
li decidendi veniunt primo quod ille qui invitatus bona fide
cenabit galinam alienam non tenetur restituere pretium eius

sed dum taxat tantum dum quantum ipse ex rebus consumsisset
in aliena ex re propria = idem dicendum dico qui per usum consu
sit bestiam preciosam bona fide hic enim postquam comparitesse
alienam non tenetur restituere quantum valebat bestiola
preciosissima sed quantum valebat alia bestia minus pre
ciosa aut bellis quam ipse alias consumturus erat.

Item qui bona fide emit rem alienam et postea iterum
vendit forte duplo maiori precio non tenebitur restituere to
tum precium quo vendidit sed solum illam quantitatem qua exce
dit hec venditio a prima entione = item qui bona fide ha
bens equum alienum equitando facilitur non tenetur restituere
precium locationis equi si ipsi alias pedetentim iter fecisset
idem proportionaliter dico de locatione domus bona fide
accepta et sic de reliquis.

Dubium tertium

Utrum possessor bone fidei teneatur restituere fructus ex re alie na perceptos. ros

Fructus rei quidam sunt naturales scilicet quos natura produ
cit nullia aut modica industria hominis interveniente huius
modi sunt herba et planta quas tera ex se producit = alii sunt
mere industriales scilicet qui solum ex industria humana horiuntur ut
lucra qui ex pecunia aut ex rerum mobilium sed etiam immobi
lium commutatione adquiruntur alii dicuntur mixti qui par
tim ex re partim ex industria proveniunt ut segites pensiones
dominorum et alia huiusmodi =

Conveniunt doctores et est certa 1a quod fructus pa
re industriali non sunt restituendi ratio est clara quia hu
iusmodi lucra non sunt allo modo fructus rei sed indus
trie. sed sumus fructus rei precise ut subest industrie huma
ne = unde horum fructum dominium non pertinet ad domi
nium rei sed ad illum qui ponit industriam =

Consentiunt

Consentiunt cuꝫ doctoꝛes q̃ fructus naturales sunt ꝛꝛ
vicundi vt exeant sive vere ꝛꝛ consumi sunt quando quidē
perit ꝛꝛ quia habebat se alienꝫ tanꝫ non esset vtilitatē
quanꝫ habebant fructus sed tantꝫ quantꝫ ex illis posset
bona fidei dicꝰ vt facile probari: quia fructus qui ex re
ducunt: et ipso vanescunt ideo minimꝫ illis deberetur ꝫ
eiꝫ suo domino fructificant et fructus vt ei sui debet
rei quare sicut res fructifera alienꝫ si exeat et usucapiat de
bet restitui et si consumpta fuerit restitui debet ideo quo po
test bona fidei facta et dicꝰ modo restituendi sunt
fructus dicti ꝛ. proinꝫ deducta tamen expensis quib: ꝛꝛ
querendis procurandis et conservandis scilꝫ probatione
fructꝰ restituendo ille fructus minꝰ quod eꝫ pareggia
probeniant exre alienꝫ restituendo tamꝫ comparꝫ qua
cum ponderꝫ indulgie et ꝛꝛ penis fallit ꝛꝛ

Secundo dubiꝫ vt an sicut possit bo
na fidei possit deducere expensas quas fecit in fructibꝰ ad
quirendis et conservandis possit eiꝫ deducere quascunque
alias expensas fecit circa ꝛꝛ alienꝫ R.ᵒ possit deducere
omnes que fuerunt necessarie ad conservandꝫ ꝛꝛ illaque
fuerunt utiles rebus eas quas ꝛꝛ ditiores et meliores reddunt
ꝛꝛ solummodo quales sunt que tantꝫ ad hornatꝫ et ornamen
tum fiunt ut viridaria et pulcre sed notandꝫ et ꝛ. ꝛꝛ he
quas alle expense solꝫ deducende sunt cum quantꝫ rationabi
liꝫ ꝛꝛ plus valeat rꝫ novandꝫ quod nonest amplius deduc
dꝫ quas expensꝫ ꝛꝛ eiꝫ ꝛꝛ contingat rei valorꝫ plus furit
adꝫ quꝫ valeant expense vero hucusq̃ dominꝰ est quia ipse
valoris incrementꝫ domino rei adꝫ ꝛꝛ

quod contingat quod minus augeant valorꝫ ꝛꝛ
quꝫ ingentꝫ ꝛꝛ tunc solꝫ deducendꝫ est quantꝫ ducerione
neque eiꝫ dominus teneꝫ ꝛꝛ sed compensare teneꝫ
valorem auꝫ quo dominus rei solvere tenebitur quan
tꝫ rationem expensarꝫ debet fecerit dat nomen eo

tra Iustinam possessori bone fidei picturas l. hornamenta ab redere l. tolere ideo manente statu quem res habebat ante adhibitas expensas hic omnia sunt receptissima apud omnes autores et habetur in lege fundo etc.

Dubium quartum

Vm. qui bona fide emit rem a fure qui illam abstulit teneatur eam vero domino restituere

Indubitatum est apud omnes quod ille qui titulo gratioso accepit bona fide rem alienam a fure postea quando cognoscit esse alienam tenetur illam restituere domino talis quod non potest redere donatori si alicit periculum iniuste detentionis ratio est quia donatarius ille cooperaretur iniuste detentioni donatoris si rem alienam iniuste detinendam illi redderet.

Et etiam circa eum qui bona fide emit rem a fure posse ad recuperandum precium illam redere furi quando subest spes vero similis quod domino erit redenda

Difficultas quod tantum est in casu quo talis non sit spes neque aliter precium recuperari poterit = graves autem res sentiunt rem tunc esse domino restituendam et non furi qui bene dedit ita Medina quaest. 20 de restitutione Sotus 4 lib. de Iustitia quaest. 7 art. 7. Ledesma 2 par. quarti quaest. 18 Covarrubias regula peccatum 3 parte ad minus fundamentum est quia res aliena ex fure per quo pertinet ad dominum ergo contra ius domini fuit qui eam non domino sed furi redit Sotus idem probatur quia qui traderet rem alienam furi a quo illam emit quo operaretur plane iniustitie quem imitet rem illam retinendo.

Conclusio est communiter et michi videtur verior eam tenet Navarrus cap. 17 numero 9. Silvester verbo restitutio tertio quaest. 7 Lessius libro 2 cap. 14 dubio 3 et ratio sumitur ex contrario fundamento nam ius quod habet do

minus ad rem hanc non obligat quod ipsi restituat. Cum
tanto rigore ut quicunque ad cuius manus deberet
sine sua culpa amittat tantum dem ex bonis suis nulla
enim domino fecit iniuriam neque dominus potest
seri rationabiliter in hoc tamen si homo sue potius quam a
lune conhelat utilitatem nam si quis in bona rem alie
nam in platea vel ubi assumeret et postea adverteret sibi
fore dampnosum eam restituere vero domino posset reponere
illam in eodem loco neque tenetur. Cum proprio dabno ser bere
eam ut vero domino restituat. ergo etc. rursus qui redit
rem benditori non quo operatur necessario et immediate
iniuste detentioni posset enim fur qui bendiderat ac ci
pere rem et domino illam restituere solum igitur. Emtor coo
peratur mediate scilicet prebendo materiam iniuste deten
tionis hoc autem non semper est malum aut illicitum sed
multoties potest licite fieri scilicet quoties subsit
aliqua rationabilis causa ut patet in illo qui ex me
tu grabi prebet ensem alteri quem scit illum petere ad vulne
randum inimicum et patet etiam in illo qui necessitate vel mag
na utilitate compulsus petit mutuum ab eo quem scit sub
fenore aut usura mutuatarum sed qui rem benditori redit
ut precium recuperet non facit id sine causa rationabili
(neque enim tenetur consulere domino rei bona fide ente
quam sibi) ergo nullum est peccatum iniustitie si res bona fi
de emta redatur benditori illa permanente in eodem sta
tu eodemque periculo in quo antea erat

Dices si dominus rei concius fieret po
set per iudicium impedire ne res furi qui bendiderat sed scilicet
qui est verus dominus restitueretur. si autem emtor aliquid
ius haberet ad redendam rem furi tali iure privari non
posset ergo etc. = Respondeo quod ad multa potest compelli qui

per iudicis ad que non tenet. in Concuncia et hoc pro
ter bonam rei publice gubernationem et tranquilita
tem eternam v.g. ut sit pupili curator aut rei gestae
testis in iudicio = neque id iniustum presumi
debet quia forum eternum potius attendit ad bonum com
mune quam ad dabna privata.

Dicis 2° si emtor licite potest iurare dab
num per precium et vitare et ad id redere rem emtam furi
q. si non appareat fur poterit rem alteri vendere aut si
bi retinere = Respo. negando Conse.m q.a n. potest
rem alienam in alterius dominium transfere neque illius
dominium sibi assumere quari si fur non appareat
a quo erat spes recuperandi precium l. ab eius heredib.
tenet. statim rem suo domino restituere si tamen illa spes
det. dum illa durat poterit etiam per menses et annos rem
retinere n. ut propriam sed ut precium recuperet neque
per huiusmodi intermediam retentionem furti dabnan
dus erit quia non retinet domino rationabilit. invi
to quod si res dicte fructificet ut vinea domi gestae tenebit.
emtor ex caritate eis dereb. uti et eas locare n. ut
sibi furtum l. usum accipiat sed ut domino postea simul
cum re restituat servando sibi id quod loco mercedis quasi
optimo negociorum gestori competens est.

Notandum est quod quamvis non liceat e
mere rem furtivam animo retinendi illam licitum tamen est
ad restituendum eam domino proprio et in hoc casu si res em
ta sit minoris precio quam valeat et hoc propter domini
utilitatem (ut sicut probabilis opinio rem aliam recu
perare non posse a vero domino) tunc in emtore esset
ius negocii utilit. gesti et etiam in foro externo cogeret
dominus redere minus precium emtori qui domini

gracia

gracia ꝛꝛ ꝛemanet non tamꝛ Coꝛꝛect: videꝛi ꝛeꝛiꝛ ꝛꝛ equale
quia in talj casu non fuit ꝛeꝛidꝛ: negaciꝛ gelꝛ

Dubiꝛ quintꝛ

Vꝛ: Liceat Cꝛ dubio ꝛemeꝛe aut ꝛetinꝛe ꝛꝛ alienaꝛ

qui priꝛ ꝛꝛ bona fide possidebat si anꝛ quaꝛ Cꝛ Consumat
adijnat dubitaꝛet ut alienaꝛ Quaꝛ Cꝛ priꝛ poteꝛat hab
re moꝛaꝛ diligenciaꝛ tuta ꝛei qualitaꝛ aquo operanda veꝛi
tateꝛ iꝛꝛeꝛo falta diligenꝛa meꝛeat in eoꝛ dubio poteꝛit ꝛꝛ
ꝛi ꝛeꝛinuꝛe et appꝛopꝛiaꝛe quia in dubio melioꝛ est conditio
idenꝛi ꝛmo Licebit ei ꝛꝛ bendeꝛe debet tamꝛ manifestaꝛe
eꝛꝛoꝛi dubiꝛ quia alias ꝛi fieꝛet iꝛꝛuꝛia ꝛolbeneꝛe ꝛꝛ priꝛ
omoꝛino ꝛeaꝛꝛ pꝛone eaꝛum pꝛopꝛiaꝛ est dubia = ut aut eꝛꝛ
ubi debeꝛit Vah quid ꝛo quaꝛ cito deꝛelinꝛone cap. ꝛo ꝛꝛ
culoꝛ: omnino eaꝛ ꝛa beꝛe debet tali vendiꝛoꝛ ut ꝛei bendi
no ꝛit impedimenꝛ quominuꝛ Legitimuꝛ dominuꝛ ꝛi Coꝛpo
ꝛeat illa ꝛeumpeꝛe aut pacifiꝛ eaꝛ

Sicuꝛ poteꝛ ꝛumpendo dubio negligat bonaꝛ
inquiꝛiꝛe quando est ꝛpꝛ diligaꝛ illiꝛ ex plooꝛande aquaꝛ
ꝛꝛ caꝛpꝛ dabat: ꝛeneꝛ: ꝛetinꝛe nonquid ꝛꝛ ꝛpꝛ ꝛeꝛ aqua
aꝛeaꝛ habeꝛ ꝛꝛ quaꝛ ultimaꝛ: caꝛpꝛ quedabat: ꝛ: ad hꝛ
bita diligenꝛ foꝛte Coꝛꝛeꝛe: ꝛꝛ illi ad ꝛeꝛiꝛ ꝛamen hꝛ
ꝛut ut ꝛꝛ defacto tamꝛ dabaꝛ: multo ꝛmo amplius
quaꝛ ꝛꝛ ultimabat: illa moꝛaꝛ ꝛꝛ pꝛocuꝛandiꝛ ꝛ: ꝛꝛ
bandiꝛe eaꝛ ꝛicut dicꝛ: ꝛꝛ maꝛeꝛa debelaꝛe deo quiaꝛ
ꝛꝛ ꝛeꝛi impoꝛ

ꝛꝛ possuꝛ peꝛseꝛaꝛe dubio post fac
ꝛꝛ diligenꝛaꝛ ꝛꝛ Consumat et postea Cꝛpaꝛeat ꝛeꝛo ex alienaꝛ et eaꝛꝛ ꝛꝛ
ꝛeneꝛ: ꝛolꝛ ꝛetineꝛe ꝛ: anguꝛ facꝛ fuit ꝛiꝛoꝛ ut ꝛupꝛa pꝛo Gabinꝛ
ꝛeꝛo Consumeꝛit illaꝛ Cꝛ dubio an ꝛit alienaꝛ eaꝛꝛe facꝛ deli
gaꝛ et postea ꝛeaꝛ ꝛe alienaꝛ ꝛeneꝛ: adꝛubꝛiꝛone ꝛicut poteꝛ
est multa acꝛpꝛone ꝛ: Cꝛ eo pericuꝛo ꝛetbat ad ꝛeꝛe debebaꝛ ꝛeno
pon ꝛꝛ Consumeꝛe dequa dubitabat an ꝛua eꝛet imo Consumen
do Cꝛ eo pericuꝛo et dubio peccabat Contra ꝛetinaꝛ ꝛi ꝛeaꝛ ꝛpoꝛ
ha fori appoꝛteneꝛ ad ꝛolbendaꝛ ꝛꝛ veꝛo dominuꝛ ꝛ: pꝛeꝛiꝛ ꝛiꝛ
& hꝛmaniꝛ fidei et Cquiꝛ ꝛꝛ emeꝛe ꝛꝛ alienaꝛ abeo quiꝛpoꝛt
pꝛemiꝛ diligenꝛaꝛ dubitaꝛ ꝛꝛ alienaꝛ ꝛaꝛ ꝛuit qui poteꝛ
bendeꝛe non obꝛtante dubio diuꝛ eaꝛ eodꝛ dubio peꝛmaneꝛ

re potest illam emere accipiendo ius eius quod benditor habet reti
nendi rem quandiu constiterit esse alienam

Ulterius manifestum est licitum esse emere rem
ab eo de quo sit probabilis suspicio quod illam mala fide possideat
si emitor habeat animum inquirendi verum dominum tunc enim
nova fit iniuria domino sed potius utiliter geritur ex usu
gocium. sed adverte contingere posse quod restitutio redatur di
ficilior exentione v.g. quando emitor qui dubitat an res quam
emit sit furtiva non sperat se inventurum proprium domi
num nempe quia non cognoscit unde furatus sit vel alia de causa
et in hoc casu non licebit emere rem quoniam restitutio facili
or est apud benditorem si apud illum res permaneat si tamen ben
ditor iudicetur timoratus et potens ad restituendum precium rei
tum licita est ~~ex~~ entio quia propter illam non redetur verus domi
nus rei expositus novo periculo non recuperandi quod sum erat.

quod si quis quando emit rem quam suspicatur
esse furtivam non habeat animum adhibendi diligentiam ad
inquirendum verum dominum tunc non licebit illam emere quo
niam iniustum est accipere rem cum periculo utendi re aliena ve
ramen accepta cum predicto dubio resultat obligatio querendi pro
prium dominum et si premissa diligentia inventus fuerit restituendum
est ei non solum id in quo emitor ditior factus fuit sed etiam in
tegrum precium hec enim obligatio non tantum est re accepta sed etiam
ex iniusta acceptione quam facit dubium de mala fide benditoris
a quo emta est.

Dubium sextum

Um. res aliena usu consumptibilis emi
posit sine obligatione restitu
tionis quando benditor
illam miscuerat cum
rebus suis

Supponendum est in reb. usu consumptibilib. quando separate sunt
ab alis et ideo discerni possunt cuius sunt idem iudicium ad quod in alis reb. nam
quando separate sunt quamvis furto sint accepte adhuc pertinent ad
priorem dominum ac preterea scienter emi non possunt nisi forte a
nimo redendi eas proprio domino. = Difficultas vero est quando
fur huiusmodi res miscuit cum reb. suis ut oleum oleo vinum vino etc.
Medina Silvester et alii quos refert et sequitur Valquez cap. 9

parra 3ª dubio 5º pensabimare huius modi rey fuit furto abla
tas fieri propias fieri et pub dominio cum eo qui og. mucaq.
pri ac per consequens tales rey portes hanc compon afore aucto
ritz alio iudice dq modo fuit non maiat imponens adhibendq
fundamentq de nullo principio q. nu ullo consentit libi ma
xime indominq alterius quando emucat. reb. mis antredlgo
q. dependens videt. stare q. in lege Si alienum dequibus duo la
rentb. et ratione q. eq nu alluna maxeat. non est maxima a
rio quare hic ponius pars qua alla pertinat addominq aqa
lucbasa fuit et aveterem q. pertinere non potest nisi quis q. et ut
tota permanat ad maxeanq eq allegatione iuris faciendi ei
agao alienq aliq pit

hec tamq Sa pugnat Cq iure nostri
regni parra 3ª modo 23 lege 3 q. ubi dicit. quando aliqua
mater aurq i argentq eq uno vino columbabe domini ad bas
manere dominiq priori dominii unus aurq maxeat. re
pugnat ratiq iuris communi par. ii dicorq manent alia par
q. si frumentq in horrea deterq ribicone ubi dictum. q. si duo
rq manent columbabe dominorq i. cum meet se confunda
et corpus q. exibi maibat fit commune virique dominio
et debet. idq contingit si dominorq columbabe frumentq
vinitq eq frumento alterius maxeat. manifestum mutu
crit. nisi columbabe alterius non fuit corpus commune sed
ut frumentq abuno mensuat. alterq habet albumq in pro
modo et quantitate frumenti albi aurq mixe commixti con
tingit ut ponit dominq et in hoc deluguat. ab bis conversio
nali secundq legem 2º non iura communi qua iura non libri
regni adhoc mutantis rq alienq eq iura non debrat dominq
alterius huius comunitq statq legiq docet gregorius lopez
in citata lege parra et eodq modo exponunt dictq iuris con
munis. glosa ad legq scalienus numi et ad par disputatq in hac
rad debetq dibicione — et ratione probat 2º. quia fieri
potest ut fuit immixtus rq furto alienq non eq ita ut ea al
tera ignoret furto alienq ingno cum nullo modo valeat exactam
di furq fieri dominiq bonq corporis l. aut bi permixtione
seu alienationq 2º dominiq alius debet in totq quotq rel
afore commixte l. communi iuris eodq modo com
pari debet quando fuit commixtio rq alienq eq ut
eam dominiq meruat apud nunquam nempe apud furq
et apud alq cum res mista sit eq in fieri

zenam probat alia consideratione quia quando fur miscet
rem alienam cum sua nulla est causa propter quam ipse potius
fuit debeat dominus totius corporis et non ille cuius
res absque ipsius culpa mixta est cum re aliena neque
enim iniustitia furi esse debet causa ut in dominio pre
ferat. = Dicendum igitur est quod quando fur cum suis
bonis aliena miscet tunc circa totum corpus dominium
est apud illos quorum erant partes ante mistionem et
simul in eo toto habent dominium cote cuius antea
erant domini et hoc sepe contingit in dominis v.g. quan
do duobus filiis hereditas relinquitur quiquidem ante di
visionem dominium habent neque enim bona hereditatis
manent sine domino et tamen neutri eorum habet ante
divisionem dominium determinate circa aliquid sed solum ha
bet dominium medie partis vale sunt preterea quando
duo voluntarie confundant frumentum l. quid simile
quod postea ducerni n. potest uterque habet in cumulo
dominium quantitatis quam apposuit quamvis non possit
assignari determinate que pars frumenti sit huius
et non alterius idem dicitur contingere quando fur alienum
frumentum cum suo mixtum
Ex his concludo a fure solum emi
pose eam partem quam ipse habet in cumulo n. autem ma
iorem quia illius tantum habet dominium quare si plus
aliquid ex predicto cumulo accipiat. erit restituendum
non tantum ratione rei accepte sed etiam iniuste acceptionis
Si vero ignorante plus accipiat obligatio erit restitue
di ratione rei accepte ab intra pectu quantitatis de qua
fur non poterat disponere et eius in quo dicitur fuit ille
quicquid accepit et consumit bona fide.
Si autem contingat casu fortuito perire partem
ex cumulo bona fide in eadem proportione distribuen
dum est damnum quia erat dominium ita scilicet ut alienus
dominus qui tertiam partem in cumulo habebat pre
ter scientiam emptoris patiatur damnum pro tertia parte eius
Ad legem citatam pro contraria 8a dicendum est
in ea tantum esse sermonem de admistione numorum l. pecuniarum
est autem id peculiariter constitutum circa pecunias ne in
pecuniis que mille modis et frequentissime transmutantur.

Dominia

Dominia sunt incerta = ad rationem patet solutio nam licet verum sit in nulla parte determinata esse dominium eius cuius res misit: cum re aliena nihil ominus in toto cum mulo perseverat dominium tante quantitatis quante quis antea erat dominus =

Disputatio 3ª

De obligatione restitutionis ex iusta acceptione

hactenus egimus de obligatione restituendi que horit. ex re aliena prescindendo a verius acceptione sive iusta fuerit sive iniusta modo disputandum est de predicta obligatione considerata ipsa rei aliene acceptione et prius dicemus de iusta posteadeinde iusta

Dubium primum

que obligatio horiat. ex iusta acceptione quando res aliena apud accipientem perijt

Iusta acceptio est illa que fuit ex contractu l. quasi contractu quia iusta esse non potest nisi ex voluntate domini nulla autem ex voluntate domini esse aut intelligi potest quem sit ex contractu l. quasi contractu de ea horit. ex contractu dicemus modo de altera sequenti

int. contractus quidam sunt per quos dominus rei transfert dominium ipsius rei in alterum qui illam accipit ut benditio mutuatio permutatio et in his acceptio parit obligationem restituendi quocunque modo res pereat apud accipientem quia postquam sua facta est ipsi soli perichlitat. et perit = alii vero sunt contractus per quos non transfert. dominium sed solum tantum aliquem usum ut locatio commodatum precarium pignus depositum est et in his respiciendum est an res accepta pereat per culpam an sine culpa accipientis in hoc posteriori casu nulla est obligatio restituendi quia de casu fortuito nemo tenet. nisi alit. expresse sit conventum ita habet. cap. 2º de commodato et probat. quia res que in domino suo peret sine ulla intercesserit culpa l. pactum ratione cuius det. obligatio reserciendi damnum in priori vero casu datur obligatio restituendi imputata quidem culpa cum maiori et minori rigore post utilitatem acceptionis magis l. minus ad ipsum accipientem spectat ut iam iam dicemus =

Culpa q.º alit. dicit. apud iuristas alit. apud te
ologos apud hos enim culpa dicit. q.d est contra rationem et
peccatum coram deo apud iuristas vero culpa dicit. devia
tio ab eo q.d bonum est quae pro hominis providentia ebi
tari potuit unde non tam dicit effectum rationis quam defec
tum diligentiae seu providentiae scilicet iniuriam et obscura
tiam. et hec iuridica culpa dividit. in latissimam latiorem
latam lebem et levissimam latissima est dolus manifestus cu
ius scilicet dant. magnifesta signa externa latior est do
lus presumptus cum n. ita apparet esterius clare de aliquo ordo
do iuste presumat. est autem dolus proprie dictus machina
tio seu circumventio ad decipiendum seu falendum alium ad
hibita culpa data est omissio eius diligentiae quam communi
ter homines adhibere solent levis est omissio eius deli
gentiae quam solam diligent. viores eiusdem artis et professionis
adhibere levissima est omissio diligentiae quam diligen
tissime providentissime adhibent

Cum vero oblivio naturalis aliquando conti
gat in illis etiam actionibus l. reb. quae communis hominum
prudentia probideret et oblivio naturalis excuset a peca
to teologico consequens est q.d aliquando dicit. culpa lata et
a fortiori levis et levissima sine peccato coram deo at cul
pa latissima si verus dolus sit nunquam potest esse sine peca
to theologico q.d dolus semper sit scient. et ex industria di
xi si verus dolus sit q.d aliquando culpa latissima verus
dolus n. est sed presumptus fieri enim potest q.d licet sint
manifesta signa externa interius tamen n. sit vere
fraus in quo casu tali in adiuvantia invincibilis et
proinde culpa latissima sine peccato teologico.

Rursus sciendum est q.d int. actus qui
dam hordinant. in utilitatem utriusque contrahentis nempe
contractus locationis emphiteusis societatis pignoris etc.
alii vero sunt in utilitatem tantum accipientis rem alienam sci
licet commodatum precarium (quae hoc inter se differunt q.d
commodatum dat. pro certo tempore in quo non possit re
vocari precarium vero dat. dependent. a voluntate dan
tis ut explicat. in cap. ultimo de precariis) alii vero
sunt qui n. hordinant. in utilitatem accipientis seu
dantis ut depositum et mandatum sepe autem contingit in
contractibus ut qui ex suo genere solum ordinant. in u

utilitatem illius aliquando hordinent. in utilitatem utriusque contrahentis v.g. quando vasa et alia hornamenta a commodant. amico ut comunem amicum recipiat hospicio L. quando pro deposito aliquid precium dat. in quo casu ipsi depositi contractus ad locationem accedit ut dicit. in paragrafo finali instituta de mandato et lege 1a. dixit eodem titulo.

his premissis comunis et celebris 8a est in contractib. qui hordinant. in utilitatem utriusque contrahentis esse obligationem ad prestandam diligentiam n. comunem nec maximam sed mediam int. has atque adeo tenebit. tantum ex culpa lebi si contrahentis negligentia res aliena pereat in contractib. vero qui hordinant. in utilitatem unius v.g. in commodato debere commodatarium adhibere diligentiam maximam et teneri ad restitutionem etiam ex culpa levissima seu quod idem est ex quacunque ipsius negligentia res pereat. Contra vero ille in cuius utilitatem non hordinat. contractus qualis est depositarius in nudo deposito solum tenet. ex lata culpa hec 8a plane sumit. ex iure canonico cap. ultimo de commodato et cap. ultimo de deposito et ex iure civili lege si ut certo paragrafo 1o. de ge. commodati titulo 6.

Occurrit tamen difficultas an interbeneente culpa iudirica etiam simula theologica interbeniat dicit. obligatio restituendi iusta traditam legum dispositionem Nabarus in summa cap. 17 num. cuento y setenta y nueve vaz quez opus. de restit. cap. 2o. paragrafo 2o. dubio 6. et alii affirmant predictam legum dispositionem esse de iure nature et fundari in ipsa ratione contractuum atque adeo solum culpam iudiricam esse attendendam ut resultet obligatio restituendi in his casib. et probat. quoniam qui commodat sine pretio rem suam eo ipso intelligit. tradere illam sub fide accipientis adhibendi cumam curam contra vero depositarius qui sine ipsius utilitate accipit rem alienam in custodiam solum intelligit. spondere comunem curam n. autem maiorem et maximam ex quo infert. in alis contractib. qui hordinant. in utilitatem utriusque ex natura rei induci obligationem mediam prestandi

scilicet diligentiam quam adibent prudentiores licet
non illam maximam quam adibent providen
tissimi.

Opposita tamen S.a tenenda est ut pro
babilior et omnino secura in praxi cum Soto
lib.o 4 quest. 7 art.o 2.o Lessius lib.o 2.o cap.
dubitatione 8 Rebello lib.o 2 de contrarij 6.
